

facere, imò potius illi, q̄ faciunt, cēsentur ex suo officio fa-
cere, licet intercedente licentia, q̄ deficiebat respectu suo
subditi. Sed ubi quis cōmittit alteri id, quod habet ex suo
officio, tunc procederet reg. c. qui facit per alium, de regu-
iur. in 6. Sed in casu præcedenti non procedit propter id, q̄d
superius dixi, & quod dixi, sup. de causa criminali Ep̄i, vel
clerici, quā non pōt expedire electus cōfirmatus, intellige,
quādo est causa criminalis tēdens ad deponendū quem ab
11 ordine s̄m ea, quę nor. in c. transmissam de elec. † Extra glo-
tangit Io. An. si Archieps de licentia Papę cessit Archiepa-
tui, an poterit postea promoueri, seu sibi prouideri de Ep̄a
tu, postea vacante, & videtur q̄ non per istū tex. Et hoc etiā
tenent aliqui, q̄a non v̄t esse licitum descendere de maio-
ri ad minus, facit 93. dist. c. legitimus. ad fi. Itē pro hoc facit,
q̄ posset dari materia ambitioni. Nā habens tenues reddi-
tus in Archiep̄atu posset interdū procurare, vt posset habe-
re episcopatū pinguem. Contrariū tenet hic Io. Andr. post
Host. dicens, q̄ talis, qui cessit Archiep̄atu, poterit promo-
ueri. Nec ob. si dicatur, q̄ v̄t tunc descēdere, quia potest di-
ci hoc non esse verū, attēto tempore, quo promouetur, s̄ in
quod tēpus nullū habuit Archiep̄atum, sed est simplex ep̄s,
nullus. s. ecclesię, inf. de ord. ab episcopo, qui renun. episco-
patui. c. 1. Archiepiscopus. n. dignitas est, & non ordo, &
sic quo ad ordinē nihil adiicit vltra ordinem ep̄alem. Vnde
etiā Papa se Ep̄m appellat, ut patet in proemio huius libri,
& ēt in proemio. 6. vbi de materia. Et pro prædictis etiam
facit, q̄a in prouisione faciēda tali de quo dictū est non at-
tenditur decens, sed prouisio. Vnde interdum eidē prouid-
etur de ecclesiā parochiali, inf. tit. 2. c. ad supplicationem,
de quo dicendū est, vt ibi habetur, ergo fortius poterit prou-
ideri de episcopatu, facit 7. q. 1. c. pastoralis. Nec ob. q̄ pos-
set fieri in fraudē, quia Papa, ad quem spectat solum amitte-
tere cessionē, poterit super hoc prouidere diligenter, in qui-
rendo de causa cessionis. Præterea in dubio non debet præ-
sumi dolus. l. quoties. S. qui dolo, ff. de probat. † Vltimo tan-
git hic Io. An. quis habebit confirmare electos in Archie-
piscopos durante suspensione Patriarchę, de quo in litera
dicit, q̄ recurrendum erit ad Papam, s̄m Vinc. & Aegi. per
ea, quę habentur infra de concess. præb. ca. quia diuersita-
tem. † Et plus dicit, q̄ pro expensis, quas faciunt euntes, ad
13 Papam vltra illas, quas fecissent eundo ad Patriarcham, po-
terunt agere contra istū Patriarchā, ex cuius culpa illas faci-
ciūt. Et hoc, si habeat proptiū ipse Patriarcha, alias, nō per
ea quę habentur de iuram. calum. c. in pertractandis, & 16.
quæst. 6. c. illud. & 100. dist. c. quoniam quidam.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus solus potest dare orānem, sed non potest deponere.
- 2 Episcopi non possunt a metropolitani deponi sine licentia Papę.
- 3 Argumentum a minori, ualidum est in iure.
- 4 Solus Papa potest dissolvere vinculum spiritualis matrimonii inter electū & ecclesiam.
- 5 Factum a Papa, dicitur factum a Deo.
- 6 Auctoritas, Quos Deus cōiunxit, homo nō separet: quomodo intelligitur.
- 7 Cessio, translatio, & depositio Ep̄orū sunt de referuatis sedi apostolica.
- 8 Confirmatus in Episcopum quo ad vinculum spiritualis matrimonii acqui-
paratur consecrato.
- 9 Coniugium spirituale contrahitur inter electum & per eligentes inter ec-
clesiam.
- 10 Consecratio quo ad substantiam vinculi spiritualis nihil addit.
- 11 Quid dicatur de substantia alicuius.
- 12 Vbi remanet eadem causa, & substantia, licet aliquid accidens varietur
non variatur dispositio.
- 13 De dictione, imo.
- 14 Iura sunt consideranda secundum sensum, qui cadit in intellectu periti, &
subtiliter inuenientis.
- 15 Dupliciter dicitur ecclesia viduata.
- 16 Paria sunt aliquid non esse, & inuoliter esse.
- 17 In interpretatione verborum iuris debet attendi communis usus loquēdi.
- 18 Licitum est allegare proverbia.
- 19 Permissum sub ratione pene, nō intelligitur permissum sub ratione gratie.
- 20 Permissa de iure singulari, non sunt extēda ad alios actus.
- 21 In materia prohibita omisium habetur pro prohibito.
- 22 Confirmatus arctatur ad petendam consecrationem intra sex menses.
- 23 Pœna non facientis se consecrare intra dictum tempus.
- 24 Pœna transferentium Episcopos sine licentia Papę, & illorum, qui trans-
lationi consentiunt.
- 25 Ceteris paribus plus peccat superior, quam inferior.
- 26 Percendendum est sponte consentienti delictum ex ignorantia, secus ex malitia;
- 27 Consecratio ad certam ecclesiam, licet non valuerit consecratio illius ec-
clesię, tamen quo ad generalem ecclesiam valet.

- 28 Consensus nullus ex ipsius perseveratione potest operari quo ad facilita-
tem dispensandi, licet non quo ad ualiditatem electionis.
- 29 In locetate omnium bonorum, & in legato transfertur dominium absq;
traditione, secus in legato rerum incorporalium.
- 30 Dilectio, solus Episcopus ordinat, non excludit clericos suos, & potest suscipere,
licet non possit deponere.
- 31 Spirituale matrimonium an sit fortius, quam carnale.
- 32 Vovens non est tutus quo ad Deum, si papa dispensat de voto sine causa.
- 33 Electus ante confirmationem an possit cedere iuri suo?
- 34 Quid adit consecratio circa vinculum matrimonii spiritualis.
- 35 Si testis unus dicit aliquem fuisse per quinque menses, alter per sex, quo-
modo saluentur.
- 36 Differentia inter privilegium, & beneficium.
- 37 In materia prohibitiua omisium censetur prohibitiua, in materia permissi-
ua quod non est prohibitiua, censetur permissiua.
- 38 Quomodo cognoscatur materia permissiua & prohibitiua.
- 39 Post confirmationem efficitur indissolubile vinculum matrimonii spiritua-
lis quod ante erat solubile.

C A P. I I.



Inter corporalia. & cōfirmatos so-
lus papa trāsferre pōt. h. d. in summa. Et diuidi
tur i duas partes principales. In prima ponitur
exordiu. In secunda facti narratio, ibi, sane. Et ibi dēt inci-
pi casus in terminis. Prima subdiuidit in tres partes. Primo
probat coningiu spūale dissolui non posse, nisi per Papā. Se-
cundo probatur, vinculū spūale coniugii esse inter electū,
& confirmatū, & eius ecclesiā, licet nō sit consecratū. Terti-
o soluit cuiusdā canonis contrarietate. Secunda, ibi. Sicut
autē. Tertia, ibi. Sed neque. Casus literalis. Ab ricē. ecclesia
subest Rhotomagē. Archiep̄o. & ecclesia Andegauen. sub-
est Turon. Archiep̄o. Ab ricē. electus & confirmatus, postu-
latus fuit ad ecclesiā Andegauē, q̄ subest Turon. ipse Turo-
ron. transtulit Ab ricē. electū & confirmatum ad ecclesiam
Andegauen. & ipsum in Ep̄m consecrauit, & Rhotomag.
absoluit illū ab ecclesiā Ab ricens. hæc oīa facta fuerunt sine
licentia domini Papę. Papa hoc audiens mandauit Archie-
p̄o Bituricen. vt si res taliter se haberet, suspenderet Ar-
chiepos a confirmatione, & consecratione, Ep̄orum, & Ep̄-
iscopū illū ab executione Pōtifficalis officii. qui Archieps,
licet iudicet in quibuscumq; mandatum apostolicū adimpleuit, veritē
iudē Archiep̄i tanq̄ maiores plus excefferint in præmissis.
Ep̄s vero illorū errorē secutus minus deliquerit. Papa illo-
rū intellecta spontanea confessione pepercit eis dē, quia nō
ex malitia, sed ex simplicitate peccauerunt, & Ep̄s ille, qui
minus peccauerat, plus tamē fuerat punitus, misericordiā,
postulauit, & non iudiciū. Papa intelligens, q̄ munus conse-
crationis impensum, nec prioris ecclesię, nec secunde ipsū
fecerit Ep̄m, cum ad primā non fuerat consecratū, & ad se-
cundā priori vinculo perdurante non potuit consecrari, ab-
soluit eū a suspensione prædicta, & a vinculo quo tenebāt,
priori ecclesię, & dat ei Papa licentiā transeundi ad ecclē-
siā Andegauē. capitulum in priori consensu adhuc perdurā-
te. hoc est factū, quod cōtingit occasione huius negotii. p̄-
mittuntur præcedentia, p̄ que probatur, q̄ Archiep̄i prædi-
cti nō potuerunt facere, q̄d facere præsumpserūt. dicit ergo
Papa, q̄ inter corporalia, & spūalia illa est differentia. corpa-
lia. n. facilius destruunt, q̄ construunt: spūalia facilius con-
struunt, q̄ destruant, q̄a ep̄s solus, honorem dare pōt, solus
auferre non pōt. Item ep̄i a Metropolitanis suis consecrāt-
ur, sed confirmari nō possunt nisi a papa. Item secūdo, q̄a
Archiep̄i nō potuerunt illi ep̄o dare licentiā transeundi ad
aliā ecclesiam, hoc ideo, quia spirituale vinculū dignius est,
& carnale sed dominus dissolutionem carnalis matrimonii
suo tantū iudicio referuauit dissoluendū, quod est inter vi-
rū & vxorem, ergo multo fortius referuauit dissolutionem,
spiritualis matrimonii, q̄d est inter ep̄m, & ecclesiā, & po-
stea respōdet tacite q̄nō. Diceret aliq̄s domino papę. Mul-
tū frequenter transferunt episcopi de vna ecclesia ad aliā,
& deponuntur, & renunciant. & ipse respondet, istud nō fit
humano iudicio, sed potius potestate diuina, & autoritate
Romani Pontifi. qui est Vicarius Iesu Christi, & ideo illa
tria soli sunt Romano Pontifici referuata. Tertio probat, q̄
idem est in electo cōfirmato, quod dictum est de episcopo
consecrato. Ep̄s consecratus sine licentia Romani pontifi.
ecclesiam suam relinquere non potest, sic, & electus confir-
matus, quia post electionem & confirmationem inter per-
sonas eligentium, & electū spirituale coniugium, est cōtra-
ctum, cui coniugio Episcopalis dignitas nil addit, quia ali-
quis